

quartus

uel etria dicta: inde ab dera a continenti. xxii. Mil. pas. ad othos. Jxii. Mil. tantundem ad insulam samo
 thracem: quæ libera ante hebrum ab imbro. xxxii. mil. a lemno. xxii. mil. d. attollitur monte saoce. x.
 mil. passuum portuosissima omnium Callimachus eam antiquo nomine dardaniam nominat: inter
 cheronnesum & samothracen utrinque fere quindecim mil. Halonesos ultra gethone: lamponia: alpe-
 connesus haud procul a cælo Cheronnesi portu & quædam ignobiles: desertis quoque redduntur in hoc
 sinu quarum uix inueniri potuerunt nomina. Disticos iarnos: cyffiros: carbrusa: calathusa: scylla: diale-
 on: dicta melantia: draconon: arronesus: diethusa: scapos: capheris: mesatea: eantrion: phaterunefos: pa-
 tria: calete: neriphus: polendos. Quartus e magnis europæ finis ab helleponto incipiens mæotis ostio
 finitur. Sed totius ponti forma breuiter amplectenda est: ut facilius partes noscatur. Vastum mare præ-
 iacens asiæ & ab europa porrecto cheronnesi littore expulsum angusto meatu irrumpit in terras septē-
 stad. ut dictum est interuallo europam auferens asiæ. primas angustias hellepontum uocant. Hac Xer-
 ses persarum rex constrato in nauibus ponte duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis euripus. lxxxvi.
 mil. pas. spatio ad urbem priapum asiæ: qua magnus Alexander transcendit. Inde expatiatur æquor: rur-
 susque in arctum coit laxitas. Propontis appellatur. Angustia thracius bosphorus latitudine. d. passuum
 qua Darius pater Xerxis copias ponte transiuit. Tota ab helleponto longitudo. cc. mil. xxxix. Mil.
 passuum. Dein uastum mare. pontus axenus qui quondam annexus longe refugientes occupat terras:
 magnoque littorum flexu retro curuatus in cornua ab iis utrinque porrigitur ut sit plæ arcus scythici for-
 ma. Medio flexu iungitur hostio mæotici lacus cimerus bosphorus: id os uocat. ii. mil. du. passuum la-
 titudine. At inter duos bosphoros thracium & cimerium directo cursu ut auctor est Polibius. du. pass.
 intersunt. Circuitu uero totius ponti uitæ semel milia ut auctor est Varro & fere ueteres. Nepos Cor-
 nelius. ccc. Milia. L. adiicit. Artemidorus uitæ nouies decem nouem milia facit. Agrippa. xxiii. lx. M.
 Mutianus. xxviii. lxx. milia. Simili modo europæ latere mensuram alii quattuordecies. lxxviii. M. p. determī-
 uere. Alii undecies. lxx. mil. M. Varro ad hunc modum metitur. Ab ostio ponti apoloniam. clxxxv.
 iii. mil. d. pass. Calatin tantundem. Ad ostium istri. cxxv. Ad borystene. ccl. mil. Cherōensum heraclea-
 tarum oppidum. ccclxxv. mil. pas. Ad panticapeum quod aliqui bosphorum uocant: extremum in eu-
 ropæ ora. cc. mil. xxii. d. quæ summa efficit. xiii. mil. xxxvi. mil. d. Agrippa a bizantio ad flumen istrū.
 d. lx. Inde panticapeum. d. cxxx. Inde lacus ipse mæotis tanain amnem ex ripheis montibus defluentē
 accipiens nouissimum inter europam asiamque finem. xiiii. mil. vi. mil. circuitu patere traditur. ab aliis.
 xi. mil. xxv. Ab hostio eius taniæ ortum directo cursu. ccclxxv. mil. passus esse constat. Accolæ sinus eius
 in mentione thraciæ dicti sunt istropolin: inde hostia istri. Ortus hic in germaniæ iugis montis arno-
 bæ: ex aduerso taurici galliæ oppidi: multis ultra alpes milibus: ac per innumeras lapsus gentes danu-
 bii nomine immenso aquarum auctu & unde primum illiricum alloit ister appellatur: sexaginta annis
 bus receptis: medio ferme numero eorum nauigabili in pontum uastis sex fluminibus euoluitur. Pri-
 mum ostium peuces: mox ipsa peuce insula: in qua proximus alueus appellatus. xix. m. pas. magna pa-
 lude sorbetur. Ex eodem alueo & super istropolin lacus gignitur. lxiii. mil. pas. ambitu: halmirim uo-
 cant. Secundum ostium naracustoma appellatur. Tertium calostoma iuxta insulam sarmaticam. Quar-
 tum pseudostoma & insula conopondiabasis: postea boriofoma & spireofoma. Singula autem ora
 tanta sunt ut patur in. xl. mil. pas. longitudo uinci mare: dulcēque intelligi haustu. ab eo in plenum que
 dem omnes scytarum sunt gētes: uarie tamē littori appositæ tenuere alias gethæ daci a romanis dicti.
 alias sarmatæ a græcis sautomatæ: eorumque hamoxobii aut aorsi: alias scythæ degeneres & a seruis orti:
 aut troglodytæ. mox alani & toxolani. Supiora autē inter danubiū & hycinum saltum usque ad panno-
 nica hyberna carunt germanorumque ibi confinium. Cæpos & plana iazyges: sarmatæ uero mōtes & sal-
 tus. Pulsi ab his daci ad pathissum amnem amoris siue duria est a sueuis: regnoque uanniano dirimens
 eos. Ex aduerso basternæ tenent: haliq; inde germani. Agrippa totum eum tractum ab istro ad oceā-
 num bis ad decies centum milia passus: in longitudine quattuor milibus quadringentis. In latitudine
 ad flumen uistulam a desertis sarmatiæ prodidit. Scytarum nomen usque quoque transit in sarmatas atque
 germanos. Nec aliis prisca illa durauit appellatio: que qui extremi gentium harum ignoti prope cæteris
 mortalibus degunt. Verum ab istro oppida crene scepolium. Montes macrocrennius clarus amnis ty-
 ra oppido nomen imponens: ubi antea ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt tyra-
 getæ. abest a pseudostomo istri ostio. cxxx. mil. Mox axiacæ cognomines flumini. ultra quos crobyzæ
 flumen thode sinus saggaticus: portus ordesus. Et a tyra. cxx. Mil. passuum flumen boristenes: lacusque
 & gens eodem nomine: & oppidum a mari recedens. xv. Milia passuum. Olbiopolis & miletopolis
 antiquis nominibus. Rursus in littore portus achæorum. Insula achillis tumulo eius uiri clara. Et ab ea.
 cxxv. mil. pass. peninsula ad formam gladii in transversum porrecta exercitatione eiusdem cognomi-
 nata dromos achileos. Cuius longitudinem. lxxx. mil. passuum tradidit agrippa. Totum eum tractum
 sardi scythæ & scyraci tenent. Inde siluestris regio: hyleum mare quo alluitur cognominant. Enæ-
 cadloæ uocantur incolæ. Ultra panticapes amnis quinomadæ & georgos determinat. mox. aceli-